



502.




pag. 652.V.


WR.



Prof. Dr. J. J. I.







PHILOLOGICA
SCIENTIA DEL

SCIENTIUM ADIORS

PPVQ

SCIENTIUM

SCIENTIUM

PHILOSOPHIA

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM

SCIENTIUM



G 199

עמי" עשר

DISPUTATIO PNEUMATICO-
PHILOGOGICA

DE

SCIENTIA DEI,

Q V A M,

Summo Scientiarum Autore

annuente,

&

Inclyto Philosophorum Ordine,

in Regia Pomeranorum Academia

suffragante,

P R Æ S E S

M. JOHANNES *R*istenmacher

Torgâ-Misnicus, Scholæ Gryphiswald. Con-Rector,

&

JOHANNES RHESE,

Gryphisw. Pomer. Philos. & S.S. Theol. Studiosus.

RESPONDENS,

placidis Eruditorum argumentis
publicè submittent

XVI. KL. FEBR. CIS 136 LX

H. L. Q. C.

GRYPHISWALDIÆ

Excudebat MATTHÆUS DOISCHER, Acad. Reg. Typographus





INCLUTÆ. REIPUBL. TORGENSIS.
PROCERIBUS. SPECTATISSIMIS.
VIRIS.

AMPLISSIMIS. CONSULTISSIMIS. EXCELLEN-
TISSIMIS. ERUDITIONE. PRUDENTIA.
ET. RERUM. MAGNARUM. USU. MA-
XIME. CONSPICUIS.

DOMINIS. COSS.
PRÆTORIBUS. ÆDILIBUS.
CÆTERISQ. CELEBERRIMI.
ORDINIS. SENATORII. ASSES-
SORIBUS. GRAVISSIMIS.

REIPUBL. PATRIBUS.
AD. STATUMINANDA. CIVITATIS. FIRMA-
MINA. IN. GLORIAM. PRINCIPIS.
ET. SALUTEM. PATRIÆ. DATIS.

PATRIÆ. LUMINIBUS.
FELICITATIS. PUBLICÆ. COLUMINIBUS.
JUSTITIÆ. ASSERTORIBUS.
DOCTRINARUM. PATRONIS. PUBLICIS.
SUISQ. PRIVATIS. OPTUMIS. MAXUMIS.

DOMI-

DOMINIS. INDEFATIGABILI.
OBSERVANTIÆ. CULTU. PROSEQVENDIS.
EUERGETIS. SUMMOPERE. COLENDIS.
PROMOTORIBUS. DEVOTE. SUSPICIENDIS.

Hoc.
QVICQVID. EST. LABORIS. ACADEMICI.
HAUD. DIGNUM. EQVIDEM. TANTIS.
HONORUM. SPLENDORIBUS.

AD. QVANTOS. IPSOS.
NATURA. GENUIT.
VIRTUS. INSTRUXIT.
FORTUNA. PROVEXIT.

TANTISQ. IN. PATRIAM. ET. REMPUBL.
MERITIS.

QVANTA. NEMO. NESCIIT.
UNIVERSI. VENERANTUR.
POSTERITAS. CELEBRABIT.

UT. INVICTÆ. TAMEN. ERGA. PATRIAM.
PIETATI. PRO. VIRILI. SATISFIAT.
DEBITÆ. GRATITUDINIS. PUBLICUM. MONU-
MENTUM. STATUAT.

STUDIORUM. SUORUM. QVAMCUNQVE.
DEMUM. RATIONEM. REDDAT.

EAQ. PATROCINIO. IPSORUM.
DENUO. COMMENDET;

PRO.

PRO. NOVI. ANNI. VOTO.
VOTA. OMNIUM. AC. DESIDERIA.
SINGULORUM. COMPLEXO.

QVOD. EST.
IPSORUM. OMNIUM.

OMNIGENA. SALUS.

PUBLICÆQ. ET. PRIVATÆ. FELICITATIS.
PERENNE. INCREMENTUM.

QVO. PAR. EST. CULTU. ET. OBSEQVIO.
SACRUM. FIDELITER. NUNCUPAT.

ET.
TANQUAM. LAUDIS. ET. DEVOTIONIS.
SACRIFICIUM.
STRENÆ. LOCO.

CIVIS. GRATIS. OFFERT.

IPSORUM.

JUXTA. CUNCTOS. DIGNITATUM. ORDINES,
OMNIUM. AC. SINGULORUM.

DEVOTUS. CULTOR.

M. JOHANNES. KISTENMACHER,
TORG. MISN.



י. (א) (א)

בְּהַנָּח

PROOEMIUM.

§. I.



Edula Scientiæ collectio, ejus cauta repositio, & asservandi cura perpetua sunt adjuncta, quæ Sapienti attribuit ipse Regum sapientissimus Salomo (a) Idq; non minùs sapienter, quàm verè. Illa enim (quæ elegans Max. Rev. Dn. D. Gejeri ratio est) (b) sola est laudabilis avaritia, quòd sapiens nunquam scientiæ satis assequatur, nec ab

(a) Prov. X. 14. ubi verbū יָדָע talia attributa importat. (b) Commentar. ad l. c. Prov. p. 505.

augendâ eâ unquam desistat, quin cum solone & salvio Juliano moriens discat. Quorsum illud Arabum Proverbium apud Erpen. adag. arab. 35. duo non saturantur; quærens scientiam & quærens opes, &c.

§. II.

Quemadmodum autem collectio illa omnibus hominibus, post lapsum, difficilis accidit, & sine improbo labore, & magno sæpe sudore, à nullo mortalium peragi potest; ita ipsa, quæ colligitur, scientia humana satis nuda est & tenuis. Quare sapientissimus facile Judæorum Philo ipsam hominum Scientiam cum puteo profundo, & eam colligentes cum puteos fodientibus comparat: Mihi, inquit, (c) videtur hic puteus [Patriarchæ Jacobi (d)] significare scientiam, quæ suapte naturâ in profundo sita est, non in superficie; nec in propatulo solet esse, sed in abdito; nec facile, sed vix multo labore invenitur: Id quod videmus non solum in magnas obscurasq; contemplationes habentibus; veruntamen in

(c) Lib. de Somniis. ap. Pontan. Progymn. vol. III. P. I. Dial. I. p. 18 (d) De quo Gen. XXVI 18. seqq.

A

vilis-



(e) in Cō-
ment. de
Plant. No-
ach. apud
Pont. l. c.
p. 17. 18.

2.
vilissemis, &c. Et alibi: (e) Qui, inquit, verum naturas scrutan-
tur, & singulas in disquisitionem vocant, magnā cum diligentia, si-
miles sunt puteos fodientibus. Nam & illi aquas latentes inqvi-
rant. utrisque commune desiderium est potius inveniendi; sed
alteris quo corpus, alteris quo animus reficitur. ut igitur non-
nulli puteorum fossores aquam sæpe non inveniunt; ita qui in sci-
entis ulterius progrediuntur, & diutius in eis ambulant, non pos-
sunt ad finem accedere. certè admodum doctos ajunt accusare suam
magnam ignorantiam. Hòc enim sentiunt, quàm longè absint à
veritate. Quæ ultima eruditi Judæi verba, quantillum sit quod
sciant, & quantum quod nesciant mortales, clarè proponunt.

§. III.

Et verè quidem. Nam remotā Platonis Reminiscentiā, quæ
purum putum figmentum, præterea multa scientiæ hominum ad-
huc insunt præjudicia, quæ efficiunt, ut in veritatem ejus, quan-
quam possint, sæpe tamen nolint inquirere. Ad horum nume-
rum pertinent: (α) Φιλανθία & cæcus amor sui, quo Icaro ausu
sæpe ultra se sapere gestiunt mortales, sibiq; rectum de veritate ju-
diciū frustra pollicentes, alios omnes alto supercilio conte-
munt. (β) Nimia credulitas. Quamvis enim prima elementa
discipulum primū credere oporteat; quia tamen multa adhuc ab
eruditioribus animadverti possunt; semper & absolutè ju-
rare in verba magistri maximum veritatis præjudiciū est. Ca-
vendum igitur, ne in solam dicentis auctoritatem, absque ulla ra-
tione, judiciū resolvatur. (γ) Abusus nominum & terminorum.
Ut enim, qui distinctiones aliq; dogmata nervosè rotundis notio-
nibus involvere novit, nec ubique verbosas conciones amat, accu-
rati nomen Philosophi mereatur; & omnino hodiè analytico Sta-
giritæ acumini modernorum Doctorum lingua accomodanda
sit, sine cujus cognitione accuratiores imprimis Theologos, quibus
πανουργία Hostium subtiliores paulò extorsit voces, haud intellige-
re possumus; neque fugiat nos, quid Bergio obtigerit, cū in Col-
loquio Thoruniensi Schönhofii terminos non intelligeret; (f)
nullum tamen laudis palpum obtrudere iis possumus, qui, quò in-
tricatiores terminos proponunt, eò plus eruditionis se possidere
gloriantur, sæpeq; tales adhibent notiones, quæ vel secum pugnant,
vel

(f) Confu-
le Dn. D.
Scherzeri
Præfat. in
Brev. Eu-
stach,

3^o
vel ad *αριθόμενον* non faciunt, vel nullum in re fundamentum habent. (d) *opinio recepta vel præconcepta*. Non equidem sunt movendi limites; sed nisi impediunt viatores, aut injustè positi sint: Veritatis potius in omnibus prima habenda ratio est. Quæ cum ita sint, nihil aliud relinquitur, quàm exiguis verè limitibus ac terminis circumscriptam esse humanam scientiam, eamq; facile, quoniam finita, obscura admodum & infirma est, inprimis si infinita concipere allaboret, prorsus evanescere posse.

§. IV.

Alia è contra, & mirum in modum excellentior scientia est, quam habet ILLE, qui ipse est *יהוה ה' DEUS* scientiarum. (g) (g) I. Sam. II. 3. Hæc sola non habet circumseptam regionem; sed infinitè patet, sicut Ipse DEUS SCIENS immensus est & infinitus. Et licet quoque scientia creaturarum in infinitum posset augeri; inter DEI tamen, & illarum scientiam, infinita adhuc interesset distantia. Quapropter emphaticè scientia divina thesauro comparatur, ejusq; notanter non unus; sed plures thesauri esse dicuntur: (h) quippe cuius magna omninò altitudo ac imperscrutabilis profunditas est. (i) (h) I. Col. II. 3. (i) Rom. XI 33. Hanc divinam scientiam, quæ DEI, & DEUS Ipse est, qui contemplatur, is demum, juxta Philosophum, (k) *naturalem suam felicitatem affectus est; & talis homo præstantiorem ducit vitam, quàm quæ humane sorti conveniat. Non enim quatenus homo ita vivit; sed quatenus divinum quid in eo est.* (k) Vid. Drejer, Sapient. s. Phil. Prim. D. II. §. 3. p. 20.

§. V.

Quapropter & nos verecundâ mente, quoniam de divinis agendum, tremendum hoc Numen jam aggrediemur, illudq; cum Mose (l) tantum à tergo, duce sub obscuro, lumine naturæ, videbimus. Hoc enim prævio, paucis agemus de SCIENTIA DEI: nonnulla tamen [quia Christiani sumus] ex lumine revelato, melioris illustrationis gratiâ, adducemus. Tu verò, Summe Scientiarum DEUS, cui omnem scientiam nostram unicè debemus, supple jam nostram, quam nobis dedisti, scientiam, ut TE & Tuam rectè intueamur!

SECTIO I.

Τὸ ὄτι.

§. I.

Existentia alicujus objecti cognoscendi ante omnia necessarium est quaerenda; sive actualis ea sit, sive tantum possibilis. De hac enim nisi certò primùm constet; omnia, quæ dicuntur, frustranea sunt.

§. II.

Datur verò Scientia in divino Numine. Neque ea tropicè & secundum infirmitatem intellectus nostri, tantum per ἀνθρωποπάθειαν, DEO tribuitur, sicuti affectus & organa corporea communiter de DEO prædicantur; sed propriè ipsi & vere competit. Quemadmodum enim ἰδία ἐξουσία, propria potestas, DEO tribuitur; (a) Illeq; habet vitam veram & propriè sic dictam ἐν ἑαυτῷ in semetipso; (b) pari modo scientia non κατ' ἀνθρωποπάθειαν; sed verè & propriè DEO attribuenda est. (c) Idq; tam clarum esse putamus, ut vix quaestionem, nedum ulteriorem probationem mereatur. Nam omnium attributorum DEI essentialium existentiam etiam pagani, extra Ecclesiae pomeria de gentibus, & solo lumine naturæ ductis, innotuisse, egregiè probatur à gentium Apostolo; (d) quando ad τὸ γνωστὸν τῆς Θεῆς, gentilibus ita manifestum, ut sint ἀναπολόγητοι, [quales esse non possent, nisi aliquam de DEO, extra Scripturam, notitiam haberent] ab eo refertur quoque Θεϊότης. Jam verò, præsupposità manifestatione internâ, τὸ γνωστὸν τῆς Θεῆς Apostolo naturalis illa theologia est, in quam, ex visibilium DEI operum contemplatione, assurgere potuerunt etiam gentiles. Sicuti idem Apostolus alibi (e) γνώσεως vocabulo ad theologiam revelatam respicit, prout accurate annotavit Celeberrimus nostri Seculi Philosophus, Dn. M: Thomasius. (f) Vocabulum autem Θεϊότης essentialiam DEI, omniaq; ejus essentialia notat; sicuti ἀνθρωπότης essentialiam hominis, ἰππότης essentialiam equi significat. Quemadmodum enim humanitas omnia essentialia hominis involvit; ita Deitas omnia essentialia

(a) Act. I. 7.
(b) Joh. V. 26.

(c) Vid. Dn. D. Calov. System. T. II. c. IV. Qu. II. p. 238. seqq.

(d) Rom. I. 19. 20.

(e) I. Cor. XII. 8.

Phil. III. 8.

Coloss. II. 3.

(f) Schematism. Histor. §. 27. p. 15.

CITATIONS

lia

5.
lia DEI; Consequenter & *scientia DEI*, tanquam attributum es-
sentiale, de DEO ex natura demonstrari poterit.

§. III.

Probamus porro Scientiam hanc ex natura DEI. Pugnatur enim cum DEO nil scire, & DEUS non esset, si Scientiam non haberet. Vita certe intellectualis est perfectissima, & perfectior excogitari nequit; E. necesse est, ut DEO insit, tanquam Enti primo & perfectissimo, perfectissimam vitam habenti. Homines & Angeli, tanquam effectus DEI, quorum perfectio est in Sphæra creaturarum, scientiâ quadam præditi sunt, (g) ex quo sequitur, eam præexistere in DEO, tanquam in causa. Et quidem ipso actu; quia actus & potentia in DEO realiter non differunt; neque unquam potest scientia DEO ita inesse in solo actu primo, ut ab actu secundo, in re ipsa, separetur. Quare & eminentiori & perfectiori modo DEO scientia inest, remotis omnibus imperfectionibus. Non enim habet intellectum *informatum*; sed *objectivè informantem*; non intelligit per modum conclusionis, quia non cognoscit unum per aliud; sed omnia in uno, omnes effectus suos in sua essentia, quatenus est eorum causa, intelligit. Nec variatur scientia divina, ita ut aliquando plura vel pauciora cognoscat, quia DEUS non variatur. Horum nullo aut saltem simili modo, qui ullam imperfectionem involvere posset, Scientia DEO competit; quæ, cum in progressu fusiùs sint explicanda, paucis jam prælibata sufficient. Confer Thomam. (h)

(g) II. Sam.
XIV. 18.

(h) P. I. Q.
XIV. a. 1.

§. IV.

Ortum hujus Scientiæ, in ordine dependentiæ, ex nostro concipiendi modo, si spectes; longè ille perfectior est, quàm in creaturis. *Non enim oritur Scientia DEI ex præcedanea resultantiâ vel resplendescentiâ rerum spontè extitutarum in oculos DEI, seu in visionem ejus intuitivam; neque ex immaterialitate, vel substantiâ spirituali radicaliter prodit, quæ Spiritui quidem competit; ad scientiam tamen in eo producendam non inest, neque sufficere potest; sed ex infinita DEI sapientia, potentia & præsentia, quâ nimirum futuritioni rerum, vel etiam possibilitati earum, sic vel aliter essendi, aut eveniendi adequatur, ut egregiè explicat Theologorum sui seculi facilè Princeps B. Hülsemannus, (i)*

(i) Brev. c.
IV. Sup-
plem. th. V.
p. 48.

(k) Disput. & cum eo, secundum nostrum concipiendi modum ordinemq³, Dn.
de Scientiâ L. Alberti, (k) Præceptor noster omni honoris cultu devenerandus.
DEI Sect.
II, th. I.

§. V.

Inde etiam patet, toto genere inter se differre Scientiam Crea-
toris & creaturarum; in tantum, ut illa extiterit, antequam ullum
Ens fuerit; cum è contra entia hujus causæ sint. Unde & Aver-
roës [Cordubensis, qui Seculo XIII. à N. C. floruit, & teste Dreie-
ro, (l) *tanti Philosophum fecit, quanti Commentatorum nemo, &*
(l) D. I. in Phil. prim. §. 13. p. 14. *vel latum unguem ab eo discedere, ipsi religio fuisset*) nomen scienti-
(m) in L. XII. Me-
taph. tix æquivocè de DEI & creaturarum scientiâ dici putat. (m) No-
bis verò, qui de sola simplici divina scientia hîc solliciti sumus, &
Comm. Sr. vocabulum Scientiæ pro certa & evidenti cognitione accipimus,
(n) Syst. T. prætereà *Homonymia* vocis *Scientiæ*, quam matrem confusionis e-
II, c. X, th. 2. gestas eniti solet, nihil negotii facere poterit. Hujus tamen ev-
(o) Man. lutionem qui desiderat, adeat Celeberrimos Theologos, Dn. D. Ca-
Philos. P. I. p. 228. lovium, (n) Dn. D. Scherzerum, (o) Præceptorem nostrum deside-
(p) Disp. de ratissimum, nunquam pœnitendum, & Dn. L. Alberti. (p)
Scient. D. S. I. th. IV. §. VI.

Hæc *scientia DEI* quandoque etiam Symbolicè per oculos &
visionem DEI indicatur, quia, ut annotavit Dn. D. Geierus, (q)
(q) Prælect. ad Pl. X. 14. *sensus iste ad scientiam parandam est velocissimus accuratissimus.*
confer II. Sicuti autem in animalibus visus sensuum nobilissimus ideò dici-
Par. XVI, 9. tur, quia per illum, tanquam nobilissimum canalem, plurimæ re-
Pl. XI. 7. rum scientiæ & differentiæ ad animam defluere possunt, ad quem
tamen oculus requiritur; [qui, tanquam instrumentum corpo-
reum, videt, mediantibus accidentibus, tantum res corporeas, pro-
portionatas, in justa distantia positas & existentes; non verò futu-
ras, contingentes vel possibiles] ita relinquitur, quòd scientia DEI,
(r) Eccles. XXIII, 27. per visionem divinam, ab omnibus imperfectionibus defæcatam,
(s) C. III. 9. & oculos DEI [qui *μυροπλασίως ἤλις φωτεινότεροι* (r)] indi-
collat. cum c. IV, 10. cata, summa & nobilissima dicatur. Certè apud Prophetam Za-
confer II. chariam (s) *per septem oculos, unico lapidi appositos*, infinita DEI
Paral. XVI. scientia denotatur. Tertullianus (t) *DEUM totum oculum dixit,*
9. Pl. XI. 7. *oculum nimirum somni expertem, quoniam est ipsa lux, quæ ad o-*
(t) L. de *mnia excubat.* Veteres quoque vocârunt DEUM *mundi oculam*;
Trinit. Et Gentiles Deastros suos non tantum pluribus oculis insignes esse
docue-

docuerunt; sed & quasi oculos pingere consueverunt. Quod etiam sine dubio collimant, qui græcum *θεός* à *θεάομαι* derivatum vident; ita ut nomen illud scientem & videntem DEUM indicet. Vi- de hæc fusiùs diducta à B. Dorscheo. (x) Formalis quoque signi- ficatio vocabuli *θεός* DEO attributi, illud ipsum innuit; [quod in sacris tam subjectum videns, quàm objectum visum indicat, (x)] an verò propriè, seu, uti communis est sententia, tantùm per *θεός* DEO attribuatur, ex ejus radicali & formali si- gnificatione facilè constabit. (y) Licet aliàs universalem vocum expositionem, per abstractionem, sensus Scripturæ S. adæquatus non concedat.

(u) Theol. Zachar. Pe II. D. IV. §. 15. (x) ut Num. XI. 7. Ps. VI. 8. vide Dn. D. Gei- eri Prælect. in Dan X. 6 (y) Vide Ps. XXXIV 7. Prov. XV. 3. Esa. XIII. 18. & confer B. Sam. Bohl. de iis, quæ propriè DEO com- petunt. (z) l. c. S. I. th. XIII.

§. VII.

Scientiam igitur & intellectum (nam hæc duo jam pro Syno- nymis habemus,) DEO competere probavimus: quia autem in- tellectus humanus sine iudicio esse non potest, quæritur: num- idem quoque DEO conveniat? Ubi *iudicium*, prout communiter accipitur, ob imperfectionem, quam hæc vox ex secunda & tertia- menti operatione involvit, DEO attribui posse negamus. Si ve- rò terminus ab illa imperfectione defæcatus præcisè de DEO præ- dicetur, excusari adhuc poterit. Confer Dn. L. Alberti. (z)

SECTIO II.

PRINCIPIUM COGNOSCENDI SCIENTIAM DEI.

§. VIII.

Dari Scientiam divinam jam probavimus. Ea verò unde co- gnoscenda veniat, haud multis erit disquirendum: cum non tantùm liber naturæ; sed & Scriptura Sacra nos de ea reddat cer- tissimos.

§. IX.

Ex Scriptura quidem, DEUM scientem esse, nos, tanquam Christiani, à Theologis probatum supponimus. Sicuti autem alia attributa DEI essentialia; ita & Scientia ex lumine naturæ demon- strari potest: idq; nobis adhuc indubium manet ex verbis Pauli (a)

(a) Rom. 1, 20. Sect. I.



8.

(b) Colleg. Sect. I. §. II. adductis & explicatis. Confer Dn. D. Scherzerum. (b)
 Anti-Socin Testantur id quoque testimonia gentilium, qui, solo lumine naturæ
 D. III. An- ducti, DEUM scientem agnoverunt. Testes allegari in hanc rem
 tith, l.p. 30. possunt (a) Poëta. Ita enim accinit Statius: (c)
 (e) L. V. Syl. I. *qui cuncta suorum*
Novit, & inspectis ambit latus omne ministris.
 (d) L. XII. *Nec mirum, videt ille ortus obitusq; ; quid Arctos,*
 metamorp. *Quid Boreas hybernus agat, ferrig; togæq;*
 (e) §. VI. *Consilia, atque ipsam mentem probat.*
 (f) In Sōn. Scipion. Oculos DEO attribuit ingeniosus Poëta Sulmonensis, ita canens: (d)
 (g) L. III. *Aspiciunt oculis superi mortalia justis.*
 de Nat. D. Per hos autem, etiam apud Paganos, DEI Scientiam indicatam
 (h) L. II. de fuisse, supra (e) probavimus. Poëtis consentiunt (β) Philosophi.
 Nat. Deor. & L. I. de Cicero, sub persona Scipionis, *DEUS EST*, inquit, (f) *qui meminit,*
 Divinat. *qui prœvidet.* Idem, Quintum fratrem disputantem inducens,
 (i) L. 7. c. 2. dicit: (g) *obscurum DEO nihil esse potest.* Et alibi (b) providen-
 (k) L. IV. de Benefic. tiam DEO assignat, quæ tamen sine scientia consistere nequit. Tha-
 c. XXXII. les apud Valer. Max. (i) *secretis nostris cogitationibus cœleste Nu-*
 (l) Vide *men adesse credit.* Seneca: *Nota est*, inquit, (k) *DEO operis sui*
 plura apud *series, omnium illi manuum, per manus suas iterarum, scientia in*
 Dn. D. Gei- *aperto semper est; nobis ex abdito subit, & quæ repentina puta-*
 er. Prælect. *mus, illi provisã veniunt ac familiaria.* (l)
 Academ. in Dan. II. I I. §. X.
 Por. I. Mirari proinde satis non possumus (α) *scholasticos quosdam*
 (m) I. Sect. *Nominales* diversum sentientes. Negant enim Gabr. Biel (m) *oc-*
 dist. 35. q. 2. *cam* (n) aliiq; DEI Scientiam ex lumine naturæ posse innotescere.
 art. 3. con- *Cum* quibus eadem ferè tibias inflant (β) *sociniani*, nobis cum so-
 cluf. 2. *cino* (o) ita objicientes: *si Divinitatis opinio cunctis naturalis esset,*
 (n) ib. qu. 2. *certè ea non esset ex fide. Atqui ex fide eam esse aperte docet Epi-*
 decis. 2. *stola ad Ebræos.* (p) *E.* Sed Resp. *quatenus est ex fide, non est*
 (o) Præl. c. 2. p. 3. *ex natura, concedo; ex quo tamen non sequitur: eam non esse*
 (p) c. XI. 6. *ex natura simul.* Hæc enim propositio: *DEUS EST, & cre-*
 (q) Dissert. *ditur, & scitur.* *Creditur* ex Scriptura, & eatenus est *Articulus fi-*
 de Leg. l. 3. *dei: scitur* ex natura, & eatenus est *ἀπόδειξις* & demonstratio.
 Q. I. p. 154. (r) P. I. Q. I. *πίστις enim & ἐπιστήμη non semper sunt ἐναυσία; sed sæpe ὑπάλ-*
 a. I. *ληλα,* inquit B. Meisnerus. (q) Confer Thomam, (r) Dn. D. Ca-
 lovium

9.
Iovium (s) & Dn. D. Scherzerum, qui reliquas etiam Socinn. obje-
ctiones accuratè resolvit. (r)

SECTIO III. QUID SIT SCIENTIA DEI.

SUBSECTIO I. QUID NOMINIS.

§. XI.

Certi de existentia & cognitione Scientiæ Divinæ nunc, ante-
quam ad ipsam ejus definitionem accedamus, paucis de *Nomine*
ipsius solliciti erimus.

§. XII.

Variè quidem à variis populis *vox scientia* exprimitur; no-
bis autem, ex potissimis linguis [cùm reliquæ appellationes ex Le-
xicis pateant] potissimas annotasse denominationes sufficiet.
(a) Ebræi Scientiam expressuri à R. ידע deducunt voces ידע quæ
quinquies, (a) & ידע quæ ter, (b) seu ידע quæ totidem (c) in
Scriptura leguntur; & de sententia, cognitione, scientia, erudi-
tione, vel etiam conscientia usurpantur; neutra verò earum de
DEO dicitur. Sed ידע uti de scientia DEI objectiva legi-
tur; (d) ita & de subjectiva, [de qua nos] usurpatur: (e) ידע
etiam, sicuti diversis in locis de diversis subjectis prædicatur; ita
& de *DEI scientia objectiva* (f) & *subjectiva* (g) legitur. Ha-
rum radix ידע sciendi & cognoscendi significationem constanter, &
in conjugatis, retinet. Quamvis enim R. Nathan [quem secutus
est Cl. Buxtorffius, magnum illud Philologiæ Lumen, in Concor-
dantiis] in sex Scripturæ locis (h) per excisionem & perditionem
reddere maluerit; cui etiam sententiæ pollicem premunt R. Salo-
mo, AbenEsra, Pagninus, Cajetanus &c. præter necessitatem ta-
men significationes multiplicari rectè judicat Dn. D. Geierus. (i)
Propriè & sæpissimè ad mentem & intellectum, aliquando ad vo-
luntatem, rarò ad sensum & experimentalem notitiam refertur. (k)
Et sicut verba notitiæ alia, apud Ebræos, simul affectum & effectum

(s) Soci-
nism. Sect.
3. Memb.
1. p. 103.
seqq.
(r) Colleg.
Anti-Soc-
cin. D. 3.
Th. I. p.
31. seqq.
(a) Job.
XXXII. 6.
10. 17.
XXXVI. 3.
XXXVII.
16.
(b) II. Par. I.
10. 11.
Dan. I. 4.
(c) II. Par.
I. 12. Cohel.
X. 20. Dan.
I. 17.
(d) Eccl. XI. 9.
XXVIII. 9.
(e) I. Sam.
II. 3. Psal.
LXXIII. 11.
(f) v. gr.
Prov. II. 5.
Hos. IV. 1.
(g) v. g. Es.
XI. 2. XL. 14.
(h) Jud. 8.
v. 16. Pro-
verb. 10. 9.
c. 14. v. 33.
Esa. 53. v. 3.
Jerem. 31.
v. 19. Ezech.
19. v. 7.
(i) Prælect.
in Pl. 138. v.
6. & Prov.
10. v. 9.
(k) vid. Gē.
IV. 1. 25.
Num. 31. 17

(l) Vid. Pf. I. 6. Prov. XXVII. 23. XXIX. 7. (m) vid. Job XIX. 25. (n) Praelect. in Pf. I. 6. Pf. XXXVI 11. & ad Prov III. 6. (o) Phil. S. I. V. p. 12. (p) II. Cor. XII. 3. (q) Luc. IX 47. (r) II. Tim. II. 19. Joh. X. 14. (s) vid. Act. VIII. 30. (t) ut Joh. X. 14. (u) vide Mat. VII. 23. (x) Matth. I. 25. Luc. I. 34. (y) Plutarcho in Alexandro, Romulo &c. (z) Matth. I. c. (*) Pan. dect. S. in Matth. I. Observ. 25. p. 30. c. I.

involvunt; ita & hoc amoris affectum, motum, inclinationem, practicam, curam, prospectionem, attentionem, considerationem, effectum beneficentiae & reliqua officia; quae cognitionem sequuntur, simul involvit. Quandoque etiam serio aliquid expendere, & operosam cognitionem, cum cura conjunctam, notat, (l) item; certam & indubitam fiduciam aliquid scire, serio & fiduciali affectu in re aliqua acquiescere &c. (m) Confer Dn. D. Geierum (n) & B. Glassium. (o)

§. XIII.

(β) E Palaestina nunc in Graeciam trajicimus; ubi notamus (r) LXX. Interpretes vocem $\Gamma\gamma\tau$ de Scientia DEI subjectiva usurpatam vertisse per $\gamma\nu\omega\sigma\omega$, quae vox Scientiam, Doctrinam, Sapientiam denotat, à $\gamma\nu\delta\sigma\kappa\omega$, de quo mox. (2) In N. T. Ebraeo $\gamma\tau$ ad fine esse (α) Graecum $\epsilon\iota\delta\omega$ video, cognosco; quod verbum ab Evangelistis & Apostolis, de DEO (p) & θεογνωσκω (q) sciente dicitur; & à Syro per $\gamma\tau$ translatum est. Ad mentis verò oculos relatum; accuratissimam cognitionem & plenariam omniscientiam notat. (β) $\tau\delta\ \gamma\nu\omega\sigma\kappa\epsilon\iota\upsilon$; (cujus loco Syrus retinuit $\gamma\tau$) quod etiam DEI Scientiam denotat, (r) & , praeter cognitionis, intellectus & perceptionis mentalis significationem, (s) simul quoque affectum amoris (t) secum trahit, & elegantem, notitiae practicae significatum involvit: ita ut non nudam $\gamma\nu\omega\sigma\omega$; sed alios saepe affectus, & effectus notitiae conjunctos, [perinde ac Ebraeum $\gamma\tau$] connotet. Quare etiam redditur per amo, pro meo agnosco, soveo, nutrio, curo &c. (u) Aliquando etiam, ad sensum relatum, Synechdochicè pro speciali & singulari cognitione maritali ponitur, tam à sacris; (x) quam profanis autoribus. (y) Quam fabulosè verò de sponso Deiparae usurpatum (z) exposuerit Gagnejus cum aliis, vide observatum à Reverendis. Dn. D. Winstrupio, Scaniae Episcopo. (*) Et haec paucula de Nominibus, quibus Scientiam DEI ipse Spiritus S. indicare voluit, sufficere possunt. Plura qui desiderat, ea ex Philologis, & profana ex Lexicis & autoribus profanis facile supplere potest.

§. XIV.

(γ) Quae tandem ex Latio depromi possunt voces, notissimae sunt. De DEO enim dicuntur *scientia*, [vera alicujus rei cognitio] *Præ-*

II.
Prescientia, [futurorum scientia] *omniscientia*; [omnium scientia] quæ vel ex ipsis terminis, vel ex dictis, & dicendis patere cuivis poterunt.

SUBSECTIO II.

QUID REI.

§. XV.

A Nomine ad rem ipsam devolvimur: ubi, quando solliciti esse debemus de Definitione Scientiæ Divinæ, quâ mediante ipsius rei essentiam indagare solemus, meritò nobis in memoriam revocamus monitum Philosophi, qui, ut Seneca autor est, (a) *nunquam* (a) L. 7. Natur. Qq. c. 30. nos *verecundiores esse debere*, ait, *quàm cum de DEO agitur. si in* *ramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, in omne argumentum modestiæ fingimur; quanto hoc facere magis debemus, cum de DEI natura [attributis] disputamus, ne quid temerè, ne quid imprudenter, ne quid ignoranter affirmemus, aut scientes [vel etiam ignorantes] mentiamur.* Theologica igitur modestia nobis curæ cordiq; erit, ut cautè in definienda Scientia DEI procedamus. Lubentes etiam profitemur, nos accuratam definitionem, quæ Scientiam DEI essentialiter exhauriat, & totaliter explicet, B. L. non posse promittere. Talem aliàs Ebræi, eleganti vocabulo, *גרג* (b) i. e. sepimentum, (b) Vide Proverb. XXIV. 31. Ezech. XLII. 10, vocant; (sunt enim non minùs ingeniosi quàm felices, in exprimendis notionibus secundis, Ebræorum Magistri: ut patet ex vocabulo *כלל*, quò indicant *Axioma*, omnia in se complectens: sic per *כלליות* *universalia*, per *פרט* *particulare, singulare & individuum* [quæ tria aliàs minimè confundenda] intelligunt: *כמות* per *quantitatem* communiter: propriè per *aliquotatum*, i. e. aliquot partes habens, vertendum: per *נושא* i. e. portans *subjectum*, per *נשא* i. e. portatum, seu id quod portatur, *Prædicatum* indicant: *שוא* ipsis *materiam primam* significat, quòd omnes formas appetat, veluti infernus, ore hiante & dilatato, repleti expetit: *קור* *Filiam vocis*, i. e. *Echo*, exprimit: *מצא* seu *מצוי* *Ens, Existens & מצויות* *Entitatem seu Existentiam*, quâ *Ens extra nihilum sistitur*, notat. Formaliter verò

hæc tria *inventionem* important; quia, quæ realia Entia sunt, alibi inveniri debent, & quæ nullibi inveniuntur, [qualia sunt Entia rationis] Entium nomine indigna sunt:) Græci verò Philosophi λόγον ἢ σοφίαν nominare solent. Quemadmodum enim DEUM nemo perfectè definire potest; ita neque Scientia Divina, quæ ipsissima DEI essentia est, infirmitati humanæ definibilis est. Quantum tamen de ea inter nos constat; dicimus: Quòd scientia DEI sit attributum divinum internum, quo DEUS, uno & æterno intelligendi actu, omnia, quæ sunt, fuerunt, erunt, aut saltem nullâ ratione esse vel non esse possunt, ut semper præsentia, simplicissimè, certissimè & infinitè intuetur. Et de his in progressu sigillatim erit agendum.

§. XVI.

In hac definitione, loco generis, stat *Attributum*, & intelligitur primariò *Metaphysicum*; quod deinde *Logicum* suo modo sequitur. DEI autem attributa, principativè seu subjectivè considerata, [quale est Scientia] non sunt *qualitates* vel *accidentia*; [quæ in DEUM nullo modo cadunt; quia in Illo non datur compositio, nec prius & posterius in Eo locum habet] (c) sed sunt *essentialia*; à DEO realiter non differunt; sed cum Essentia Divina recipiuntur, ita ut possint de DEO in abstracto prædicari; veluti a morem DEO ita attribuit Evangelista, dicens: (d) ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. (e) Quare, respectu ipsius DEI, omnia attributa divina simpliciter unum sunt; nostri verò conceptus ratione, solâ cognitione *terminativâ* seu *objectivâ*, multa dicuntur, quia diversa eorum *objecta* & *effecta* in creaturis conspiciuntur. A *diversitate* tamen illâ *objectivâ* vel *effectivâ* extra DEUM, ad *diversitatem* *subjectivam* intra DEUM N. V. C. Unde rectè Scaliger (f) in DEO, inquit, quicquid est, ipsemet est DEUS: cognitionis autem nostræ imbecillitate, horum inferiorum exemplo atque imagine, quasi multa distinguuntur. Consentit R. Mose B. Majmon, Scriptor purissimus, qui solus inter suos ineptire desit, in מעשה מרכבה i. e. opere currûs, (g) [quod ab Ebræorum Theologis contradistinguitur, Sepher Hâ-madda, מעשה בראשית i. e. operi creationis; illudq; profundam ac mysteriorum plenam Ebræorum Theologiam tradit, quam Paradisum

(c) Vide Dn. D. Calov. Syst. T. 2. c. 4. p. 222.
(d) I. Joh. IV. 8. 16.
(e) Vide Thomam P. 1. Q. 14. a. 4. Scheibler. Metaph. l. 2. c. 3. a. 4. n. 109.
(f) L. 3. de Re Poët.
(g) Quod traditum est ab Autore, in duobus prioribus Capitibus de Fundamentis Legis. c. 2. in Jad. P. 1. Sepher Hâ-madda,

disum vocant: hoc verò Theologiam naturalem, juxta opera
creationis, recenset (b)] ita dicens: 'השם הוא ודעתו אחד'

(h) Vide
Dn. Doct.
Scherzeri
Trifol. O-
rient. p. 110g

ואינו יודע בדוּעוֹ שְׁהוּא חוּץ מִמֶּנּוּ וְלֹא תִתְחַדֵּשׁ לוֹ

יודעוֹ i. e. *Nomen illud [DEUS] & scientia ejus [sunt] unum, & Ille non cognoscit scientia, que sit extra Ipsum, neque innovatur Ipse scientia.* Et paulò post inquit: הקכה הוא ודעתו

וחיוו אחד: ואלו היה חי בחיים או יודע בדוּעוֹ שְׁהוּא

יודעוֹ i. e. *sanctus*

Ille Benedictus [DEUS] Ipse, & scientia ejus, & vita ejus [sunt] unum: Nam si viveret per vitam, aut intelligeret per scientiam extra se, [essent] Di. multi &c. Et iterum: ואלו היה יודע

בדוּעוֹ שְׁהוּא חוּץ מִמֶּנּוּ הוּא יוֹדֵעַ בּוֹ מִקֵּר' וְיִהוּדֵי

מורכב מעצם ומקרה: i. e. *si igitur cognosceret scientia extra se, esset scientia in eo accidens, & esset compositus ex substantia & accidente.* Legenda sunt de hac re l. c. plura, eaq; eleganti-

Joan. I (o)

(i) Hkkarim c. 8. 9.

(k) Photin. D. 3. a. 8. p. 32.

(l) Vide Chamier. Corp. Tho. s. LL. CC. l. 3. cap. 9. p. 89. seq.

(m) Confer Thomam P. 1. Q. 14. a. 4. & Philosophum l. 12. Metaph. c. 7. & 9.

(n) Exod. III. 14.

tissima, quæ exscribere jam omnia non vacat. Vide etiam R. Joseph. Albo, (i) & confer Stegmannum. (k) Idecirco Scientia

DEI, re ipsâ, non differt ab Essentia divina; sed cum illa simplici-

ter, & per modum perfectissimæ identitatis, *subjectivè* identifica-

tur: ita, ut *Scientia Divina* dici possit *Essentia DEI sciens*. In

DEO enim, propter summam Ipsius simplicitatem, nullæ concipi-

endæ sunt facultates; quippe qui intelligit per suam essentiam, (l)

quæ scientia dicitur, quatenus spectatur ad collatum Subjectum, quod est scibile. (m) Ex quibus porro ultrò sequitur: Scientiam

DEI non posse dici *accidens*, nec, quicquid in humana scientia im-

perfectiois hæret, ad divinam Scientiam ullo modo esse exten-

dendum. In homine enim scientia est (α) qualitas, (β) superad-

veniens essentia, (γ) cum mutatione reali. Respectu DEI autem nihil horum contingit. DEUS enim (α) nil nisi ESSE suum est; quod patet ex definitione illa DEI, ex ejus Nomine prolatâ, (n) *אֲנִי אֲנִי* i. e. *sum qui sum*, i. e. Nil nisi mera Essentia sum. (β) Est *perfectissimus*, cui nil addi potest. (γ) *immuta-*

bilis, (d) independens; omne verò accidens à suo subiecto dependet; (e) Omnia accidentia naturá posteriora sunt suâ essentiâ; sed prius ac posterius, ratione naturæ, in DEO non habet locum. Accedit, (f) quòd DEUS non, more humano, per speciem intelligibilem, intelligat; [sicuti homo, quando v. g. intelligit lapidem, non ipse lapis materiatus ipsius intellectum ingreditur; sed repræsentatur tantùm ejus imago] sed per se ipsum, & per suâ essentiâ.

§. XVII.

Fundamentum igitur differentiæ, inter divina attributa, non quærendum erit in nudis Nominibus, ut (a) Nominales volunt; neque intra DEUM ipsum; sed extra Eundem, in variis effectibus. Id quod aliquo modo res naturales declarant. Certè in Sole diversæ concipiuntur potentiæ, prout in diversa objecta agit; Sic objecta visa non variant oculum videntem.

§. XIX.

Falsa proinde erit (b) sententia scotistarum, attributa divina, tam ab essentia DEI, quàm à se invicem, non ratione humanâ; sed ex natura rei formaliter, uti loquuntur, licet non realiter distinguunt, quam distinctionem defendit smising Scotista. (o) Sed hoc modo certè omnem tollunt simplicitatem de DEO, & è contra aliquam ei compositionem realem inferunt. Si enim [quæ illorum falsa est opinio] in DEO sunt duo vel plura, non ratione tantùm; sed, citra mentis operationem, nemine cogitante, re ipsâ; tantùm à se invicem, tantùm à DEO, tanquam Subiecto, distincta; [ut v. g. justitiam & misericordiam DEI & à se invicem, & ab ipsa divina essentia, distinctas statuunt] necesse est, ut in DEO multa & diversa, realem compositionem inferentia, inveniantur; quod tamen de simplicissima essentia divina prædicare absurdissimum foret. (p)

§. XIX.

Notanda hæc quoque veniunt (y) contra socinianos, qui negant omne id, quod in DEO est, esse ipsum DEUM; quapropter in DEO accidentia collocant, ejusq; decreta accidentibus annumerant. (q) Quem errorem etiam Vorstius fovet. (r) Quorum sententiam repugnare (1) Divine simplicitati, (2) Immutabilitati, (3) Perfectioni, (4) Independentiæ, (5) Majestati, exactè ostendit.

Dn. D.

(o) Theol. Tr. 2. D. 1. n. 40, seqq.
(p) Confer Dn. D. Calov. Syst. T. 2. c. 4. Q. 3. p. 241.
(q) Vide Crell. de DEO & attrib. c. 32. 36. Goslav. cõtra Kerkerm. P. 1. c. 5.
(r) Tract. de DEO Not. ad Disp. 3. p. 209.



Dn. D. Calovius. (s) Thesin verò Catholicam astruxit, & objectiones Socinn. repulit Dn. D. Scherzerus (r) (s) *contra Gilbertum Porretanum*, Episcopum Pictav. qui Anno 1248. attributa divina (& sic etiam scientiam) à Deitate, ceu accidentia à Subjecto, distinxit, proprietatesq; DEO distinctas, numeroq; à divina substantia differentes, attribuit; quem, ut in hoc malum simul Philosophum & Theologum, solidè quoque vide refutatum à Dn. D. Calovio. (u)

(s) Socinif. Sect. 3. M. 2. Subjecto 3. p. 158. (t) Collego Anti-Socinif. D. 7. Th. 7. p. 66. seqq. (u) P. 2. System. c. 4. Q. 1. p. 235.

§. XX.

Ex quibus & facile erit respondere ad Quæstionem: *An scientia DEI dici possit perfectio in DEO?* distinguendo scilicet inter perfectionem transcendentalem & predicamentalem, sive ut identificatam cum Essentia, & ut perfectivam Essentia. Priori modo concedimus, posteriori orthodoxè negamus. Habet enim DEUS perfectiones eminenter; non formaliter. Et hæc de Genere.

§. XXI.

Sequentia definitionis verba *objectum scientia Divina* expriment, de quo in Sectione subsequenti. Interea notamus, omnia objecta scibilia DEO semper esse præsentia. Reverà enim Ipsi neque *Præscientia*, neque *Postscientia* seu *Reminiscencia* attribui potest; sed tantum nostro concipiendi modo: id quod pluribus infra, cum DEO, demonstrandum veniet. Hæc perpetua omnium scibilium præsentia etiam oblivionem à DEO removet. Intelligit enim DEUS semper per modum actûs, ipseq; actus purus est, in quo nulla intellectûs vel scientiæ cessatio locum habere potest.

§. XXII.

Tò *intuetur*, in definitione, *modum scientia Divina* exprimit. Per *intuitum* enim, seu *visionem* DEI, summam ejus Scientiam indicari supra (x) probavimus. *Intuitum* autem Scriptura DEO tribuit per vocabulum \int (cujus etiam antea mentio facta) item per \int (y) & inde derivatum \int (z) Hæ verò voces non tantum ad sensum referuntur, ubi accuratum aspectum notant; (qualem scilicet habet cornix, à visûs acumine in Scriptura \int dicta) sed & ad mentis oculos; ibiq; contemplationem intellectûs, cum connotatione certitudinis, (a) perinde ac Græcum $\beta\lambda\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\nu$, (b) signifi-

(x) Sect. 1. §. VI. (y) Genes. XXIX. 32. (z) Genes. XVI. 13. (a) v. gr. Coh. I. 16. Dan. I. 13. (b) Rom. VII. 23.

(c) Cohel. significant. Sæpe etiam perceptionem (c) & notitiam experimen-
II.I.VIII.16 talem (d) includunt. Sequenti præfixo \supset affectum connotare
(d) Num. solent; & vel fruitionem oblectantem, visioni conjunctam, (e) vel
XI. 23, Pf. $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha\nu$ quandam inferunt: (f) quæ omnia modum Scien-
LX. 5, tia DEI intuitivæ præclare referunt. (g)

(e) ut: Pf. CXIIX. 1.
Obad. ν . 1.
(f) Gen. XXI. 16.
Pf. CVI. 44
(g) Confer Dn. D. Geier, ad II. cc. Psalm. & Cohel.

SECTIO IV.

QUOD OBJECTUM SCIENTIÆ DEI.

§. XXIII.

Objectum scientiæ DEI in definitione statuimus: *omnia, quæ sunt, fuerunt, erunt, aut saltem ullâ ratione esse vel non esse possunt*; vel, uno verbo: *omne scibile.*

§. XXIV.

Constat verò id (a) ex principiis naturæ. Si enim ex natura patet: DEUM esse Essentiam, essentiantem omnes essentias; ex eadem quoque patebit: Eundem esse Scientiam, scientem omnes scientias; seu habere scientiam omnium scibilium. Nam cujus ea est essentia, quâ superior ne excogitari quidem, nec effingi à quoquam possit, omnes omnino perfectiones ita in se complectens, ut alias, extra se, omnes longè excedat, à nulla dependeat, non per ullam compositionem; sed summam identitatem sit una essentia, & perfectissima scientia; is certè circa nullum scientiæ objectum non sciens esse potest. Atqui DEI essentia talis est. E. Intelligentiæ quoque & Spiritus finiti habent aliquam scientiam finitam; E. DEUS, qui est Spiritus infinitus, habebit infinitam.

* Vid. I. Joh. III. 20.
Job. XVI. 30.
Act. XV. 8.
Ebr. IV. 13.

(β) Scriptura S. autem Scientiam DEI describit per ὅτι πάντα γινώσκῃ , & per ὅτι οἶδας πάντα . (*)

§. XXV.

Accuratiùs verò adhuc inquirendum erit in verba definitionis: *omnia, quæ sunt*; & præsertim in ὅτι omnia , & dispiciendum, quomodo hæc vox h. l. veniat accipienda. Notum enim est sæpe illam explicari per suppositionem accomodam; [seu accomodatam ad substratam materiam] ita ut in universalitate locum habeat exceptio; ut in hac propositione: *DEUS creavit omnia; præter seipsum.* Queritur ergo, an ὅτι omnia & h. l. ita sit sumendum,

dum, ut dicamus: *DEUS scit omnia; præter seipsum?* Verùm negamus *τὸ omnia* h. l. supponi accomodè; sed potius illud supponimus absolutè, universaliter, sine ulla restrictione; ita ut sub verbis: *Omnia quæ sunt*, simul quoque comprehendamus DEUM, qui Est; atque adeo DEUM ipsum, & omnia, quæ in DEO sunt, objectum primarium scientiæ DEI theoreticæ statuamus. Cùm enim (1) intellectus in DEO non sit potentia; sed ipsa divina essentia; exinde sequitur: DEUM cognoscere per seipsum semetipsum; & dum se scit, omnia bona scit. Confer Thomam (h) & Scaligerum. (i) (2) In homine primus scientiæ gradus est *γνώσις σεαυτὸν*; E. illa cognitio sui, ut perfectio, eminentiori modo, tribuenda erit DEO. Vide Chamier. (k)

§. XXVI.

Nec obstat: Scientiam esse alterius; Sui ipsius non nisi *ἐν κατ'εργῶ*, sæpe culpabilem, & aliquando præter intentionem: consequenter, objectum *secundarium* Scientiæ divinæ fore melius *primario*; cùm tamen absurdum sit dicere: DEO quicquam esse melius. Nam Resp. (1) ab *intellectu creato* ad *increatum* N. V. C. (2) à *cognitione sui orta ex mera φιλαυτία*, ad eandem *ortam ex vera ἀυτογνωσία* N. V. C. Hominem quidem *φιλαυτον*, cæco amoris sui nimis indulgentem, ex eoq; solo se contemplantem culpamus; DEUS autem *ἄπῳ* qui ipse sibi solus sufficientissimè sufficit, & omnium creaturarum defectus replet, in perfectissima sui cognitione, summè beatus est.

§. XXVII.

Meritò ergo constituimus DEUM, & quæ in Ipso sunt, *objectum* Scientiæ divinæ *primarium*; in ordine ad ea, quæ extra DEUM sunt cognoscibilia, & *secundaria*, à mentis humanæ operatione ita concepta, *objecta* absolvunt. Notanter autem dicimus à mentis nostræ operatione ita concipi objecta Scientiæ DEI *ut secundaria*. Non enim hîc aliquam prioritatem realem, in DEO sciente existentem, subintelligi volumus; sed tantùm ex speculationibus humanæ rationis, & ordine concipiendi nostro petitam: prout nimirum noster intellectus DEUM, tanquam Ens inter omnia scibilia perfectissimum, se ipsum *primario*; *secundario*, & se quasi cognito, alia extra se posita cognoscere speculatur. Quo præsupposito

(h) P. 1. Q. 14. a. 2. seq.
(i) Exerc. 365. S. 3. p. 1068.
(k) LL. CC. L. 3. C. 7. p. 87. c. 2.

posito objecta Scientiæ divinæ *secundaria* dicimus *omnia extra DEUM cognoscibilia*: sumto ly *omnia* iterum absolute, prout supra est expositum, ita ut nihil, extra DEUM, excludatur. Sicuri enim omne possibile cadit sub DEI potentiam; ita omne scibile sub ejus scientiam, quæ secus perfectissima esse non posset. Id quod clarescere vel ex præcedentibus potest, & ex objecto primario. Si enim DEUS se perfectissimè cognoscit, cognoscet etiam virtutem suam, quæ in ipso est. Si hanc, etiam ea, ad quæ se extendit. Extendere autem se ad omnia cognoscibilia [sive effectivè, sive directivè, sive permissivè tantum] nemo Numinis reverens negabit; consequenter DEUS omnia extra se cognoscet. Nam DEI oculis omnia sunt *γυμνά & τετραχηνλισμένα*, i. e. nuda, apèrta, eviscerata: (l) Ille omnia, quæ sub cœlo sunt, respicit. (m) Quâ tamen cognitione natura ejus non perfectior redditur, quia DEUS est; vide Thomam. (n) Neque etiam intellectus divinus eo pacto aliquid patitur ab objectis, quia DEI Scientia nihil recipit, sicuti creaturarum; sed potiùs ipsam, quam habent, cognitionem producit.

§. XXIIIX.

(o) L. 5. Stromat. Hanc objectorum secundariorum scientiam Philosophum negasse asserunt ex Patribus Clemens Alexandrinus, (o) Ambrosius (p) L. 1. de Offic. c. 13. (p) & alii; qui probare id nituntur ex quodam ejus discursu, (q) quasi in illo vera ejus sit sententia: mentem [DEUM] se ipsum, non verò alia à se intelligere; neque quicquam de rebus sublunariis & humanis actionibus cogitare. Verùm si diligentius considerentur, quæ tam ibi quàm alibi Philosophus reliquit, patebit ipsi hanc sententiam non posse attribui. Agnovit enim DEUM providentem, curantemq; sublunaria; ideo necessariò harum creaturarum scientiam concedere DEO debuit. Textus etiam ille Metaphysicus congruam admittit expositionem, ut nec Philosophum contraria docuisse dicendum sit: quia DEUM alia extra se cognoscere non aliter negavit, quàm quòd ab iis non actuetur, vel aliunde formas intelligibiles non accipiat. Vide Dreierum, (r) Svaresium (s) aliosq; commentatores Philosophum excusantes, & confer Thomam. (t)

(l) Ebr. IV. 13.
(m) Job. XXIIIX. 24.
(n) P. 1. Q. 14. a. 5. seq.

(o) L. 5. Stromat.
(p) L. 1. de Offic. c. 13.
(q) L. 12. Metaph. c. 9.
(r) Phil. Pr. D. 19. §. 10. p. 339.
(s) Disp. 30. S. 15. n. 1. seq.
(t) P. 1. Q. 14. & Sum. contra Gentes. c. 50.

§. XXIX.

§. XXIX.

DEUS autem illa omnia, quae sunt, fuerunt, erunt, aut saltem ullâ ratione esse vel non esse possunt, non tantum in genere seu universaliter cognoscit; sed etiam singulariter & in individuis, tam quoad externa quàm interna, pervidet. Hanc scientiam singularium esse perfectionem in Ente cogitativo creato nemo negabit; eminentiori igitur modo quaerenda erit in DEO. Creavit DEUS singularia, & hucusque conservavit; igitur ab aeterno cognovit, & illa adhuc esse suum intelligibile habent in eodem. Vide Thomam. (u) Certè DEUS capillos capitis nostri numeravit; E. omnes distinctè & numericè novit: (x) & juxta illud, כלל הקבה יושב וזן את העולם (y) עבודה זרה ex רביןorum
 כולו מקרני ראמים עד ביצי כנים i. e. Sanctus ille Benedictus [DEUS] sedet & nutrit mundum universum, à cornibus monocerotum, usque ad ova pediculorum. Judæorum, Philosophorum, aliorumq; diversas, circa hanc doctrinam, sententias evolvit & resolvit Dn. D. Scherzerus. (z) Vide quoque Chamier. (a) Inter illa etiam omnia neque vilissima objecta Scientiam divinam prætervolant. Creare enim ea DEO non fuit dedecorosum; Ergo nec scire & cognoscere. Potius perfectissima eorum comprehensio nobilitatem Scientiæ divinæ ostendit; sicuti lynx, minutissima quæque intueri valens, nobis eo ipso excellentiam visus sui probat. Et quæ minutissima sunt in intellectu nostro, summam, in DEI scientia, perfectionem ostendunt.

(u) P. 1. Q. 14. a. 11.
 (x) Matth. X. 30. coll. cum Luc. XII. 6. 7. & Psalm. CXLVII. 4. 9.
 (y) Avoda Sara c. 1.
 (z) Exerc. Theol. ad Matth. XI. 21. Luc. X. 13. §. 85. seq.
 (a) LL. CC. L. 3. C. 8. p. 88. c. 2.

§. XXX.

Probato igitur, quòd omnem sui effectus perfectionem DEUS cognoscat; quaeritur ulterius: an etiam sciat mala & peccata, quæ effectus DEI non sunt? Jam, si verum esset, DEI Scientiam terminari Ente reali, & secus, ob debilissimum objectum, fieri imperfectam; nemo sanus quaesitum affirmaret, cum peccatum reale Ens non sit. At enim, intellectus etiam humani objectum non tantum est Ens; sed & intelligibile supertranscendens; quod æquè de Ente ac de non-Ente prædicari potest. DEUS verò omnium Entium [non tantum physicorum; sed etiam moralium] non solum essentiam, verum etiam existentiam cognovit ab aeterno, quæ ta-



(b) L. I. men tunc entia nondum fuerunt. Vide Durandum (b) & Dn. D. Dist. 8, q. 2. Scherzerum (c) probantem: DEI cognitionem non ferri in solum n. 13. objectum reale. Et quomodo DEUS puniret mala, si nesciret? (c) Disput. Puniret, quod non cognovisset, neque dijudicasset; quod tamen de divina justitia ne cogitandum quidem est.

§. XXXI.

Hoc fundamento præsupposito, quò & verba definitionis: *quæ ullâ ratione esse, vel non esse possunt*, collimârunt, jam & superstruere alia possumus. Scilicet: DEUM intelligere *infinita*, etiam prout sunt in potentia, eaq; non successivè, sed simul. Scire quoque *Enuntiabilia*, in creaturarum intellectu versantia, qualia sunt omnes propositiones in homine, eaq; iterum simplici intuitu.

(d) l. c. a. 14 Vide Thomam. (d)

§. XXXII.

(e) Brev. *Res contingentes* (de quarum futuritione, an in re ipsa, & ho- Eustach. minis cognitione detur determinata veritas vel falsitas, vid. Dn. D. Qq. Log. 109. p. 150. Scherzer. (e)) pertinere quoque ad objecta divinæ scientiæ secundaria ex dictis colligitur. Cognoscit autem eas DEUS non tantum ut sunt in causa; verum etiam ut sunt in seipsis, idq; iterum seqq. Exer. cit. Theol. §. 83. 84. *simul*, [quia omnia temporis puncta divina scientia respicit] & *certò*, [quia falli non potest] vide Thomam, (f) Chamier. (g) non tamen in decreto efficaci; nec cum prædeterminatione voluntatis.

(h) Γ. 2. c. Vide Calov. (b)

§. XXXIII.

(i) fol. 46. Falsò ergo sentiunt Sociniani, scientiam futurorum contingentium DEO denegantes; quam tamen Judæi concedunt, ut videre est apud R. Isaac Ben Arama, in Comment. in Legem, qui dicitur: *קשרת יצחק* i. e. Ligatio Isaaci. (i) Negat enim Smalzius (k) *DEUM futura contingentia præscire, si ve bona, si ve mala sint*. Vide Crellium (l) & ipsum Socinum. (m) Contra quos urgemus (n) locum Scripturæ, (o) ubi DEUS expressè dicit: se indicare posse à principio ad finem omnia, quæ nondum facta sunt: etiam peccata, quorum tamen autor non est. Et alibi (o) DEUS, prænotione accidentium vel contingentium futurorum, à Diis fictitiis discernitur. (2) Omnes Prophetias, quas DEUS prædixit.

22. Igitur hæc Scientia DEI tot habet testes, quot fecit Prophetas.

(3) Volun-

(3) Voluntas & actiones hominum liberas, quas DEUS praescit; earum tamen, tanquam liberarum, specialis causa non est. Hanc scientiam contingentium dum negant Sociniani, labefactant (a) DEI perfectionem, (b) immutabilitatem, (c) veracitatem, (d) sapientiam & omniscientiam; annotante Dn. D. Scherzero. (p) Confer Stegmann. (q) & Dn. D. Calov. (r)

(p) Exere. Theol. §. 83 & Colleg. Anti-Socin. th. 5. p. 53. seq.

§. XXXIV.

Neque quicquam Socinianorum causam juvat canon Philosophi: (s) Futurorum contingentium non est certa & determinata veritas; ex quo colligunt: DEUM futura contingentia non posse praescire. Nam Resp. à qualitate intellectus creati, ad qualitatem intellectus increati N. V. C. Futurorum enim contingentium, in intellectu divino, omnino determinata veritas, eorumque certa & aeterna notitia est; quod è Scripturae dictis & exemplis probavit B. Hülsem. (t) Philosophus etiam, in allegato canone, de intellectu creato tantum loqui videtur. Si verò aliter sentiret, [quod quidam ex eo probare nituntur, quia DEUM materiam primam, quae, juxta illum, sit individuationis principium, creasse negarit; quod nec sine errore, nec sine salutis jactura credi potest; secus ac Episcopus existimavit (u)] cum Prophetis & Apostolis minimè confundendus; sed, ut gentilis, deserendus foret à Philosophis Christianis. Confer Dn. D. Scherzerum, (x) qui & reliquarum Socinn. objectionum eruditam instituit analysin, (y) Stegmann. (z) Thomam. (a)

(q) Photin. D. 13. p. 144
(r) Socin. Sect. 3. Subl. 3. p. 148. & System. T. 2. c. 10. p. 511. seqq.

(s) C. 9. de Interpr. (t) Brev. c. 9. Supplem. th. 6. (u) l. 4. In solit. c. 14. (x) Brev. Eustach. Qq. Logic. 9. p. 151. & Exerc. Tho. §. 84.

§. XXXV.

Socinismo huic etiam valde ablandiuntur: (a) Vorstius, dum (b) praescientiam divinam, ad omnia, quaecumque fiunt, tam necessaria quam contingentia, sese extendere negat; suamque sententiam verbis & argumentis Socini confirmare satagit; quod pluribus ostendit Dn. D. Calov. (c) (b) Sententiae quorundam Scholasticorum, qui vel scientiam futurorum contingentium DEO plane denegarunt, vel, DEUM quidem illa cognoscere; sed solum probabiliter & per conjecturam, censuerunt. Contra hos disputavit Molina, (d) nominanturque Catharinus, Jansenius & quidam recentiores Thomistae, à quibus hanc sententiam traditam fuisse ait. Ipse autem Molina contra hos Suarezium adducit, dicentem:

(y) Colleg. Anti-Soc. l. c. p. 54. seqq.
(z) Photin. D. 13. p. 144
(a) L. 1. cont. Gento. c. 67.
(b) Tr. de Deo p. 339.
(c) System. T. 2. c. 10. p. 498.
(d) P. 1. Q. 14. a. 3. d. 18.



(e) P. 2. Scriptores in P. 1. Thomæ has sententias parum tutas; aliquos fe-
Th. Zach. re errorem appellare. Confer B. Dorsch. (e) Aliorum erroneas
D. 4. §. 15. sententias vide apud Dn. D. Calov. (f)

p. 151.

(f) Syste.
l. c.

§. XXXVI.

Quoniam ergo *omnia, quæ erunt vel futura sunt*, DEUS præ-
cognoscit, quæritur: an etiam *præscientia* DEO conveniat? Id
quod ideo in dubium venit, quia ipsi Divino Numini propriè ne-
que præteritum, neque futurum; sed omnia præsentia esse scimus.
DEUS enim omnia in perpetuo & stabili vûv intuetur ac novit,
adeoq; ejus præscientia est presentis rei scientia & παντοψία, in-
(g) Inlit. quit B. Dieteric. (g) Cui igitur nihil futurum est, quomodo ille
Catech. de dicetur aliquid præscire? Scaliger ita hac de re differit: (h) *No-*
Provid. p. m. 372. *bis quidem, quibus est futurum, prævisio est; DEUS, cui nihil*
(h) Exerc. *futurum est, non prævidet; sed videt simplicissimè, quod præ-*
365. S. 8. *sens est.* Hinc B. Hutterus non propriè; sed tantum κατ' ἀν-
p. 1073. *σφωρον* præscientiam DEO tribuit. (i) Attamen, secun-
conf. Cha- *dum aliquam extrinsecam denominationem, petitam ab objectis,*
mier. LL. *præteritorum & futurorum cognitionem DEO attribuere possu-*
CC. 1.3. c. 9. *mus; quanquam non per modum præteriti & futuri. Vide*
p. 90. *Stegmannum. (k) Illa tamen adhuc accuratiùs erit consideranda,*
(i) LL. CC. *prout nimirum accipitur vel subjectivè, vel objectivè. Priori*
p. 231. *modo, prout in se, tanquam idioma DEI essentielle consideratur,*
(k) Photin. *quod in DEO fuisset, etiamsi nulla unquam res creata extitisset,*
D. 13 p. 142. *ἀκέρως, ex datis rationibus, DEO applicatur. DEUS enim, ex*
proprietate suæ æternitatis, omnem temporis mensuram excludit,
non à longo futura prævidet; sed uno, eodemq; simplici actu, o-
mnnes omnium creaturarum actiones, tanquam præsentissimas, co-
gnoscit. Posteriori autem modo consideratam divinam præsci-
entiam, quando limitationem modi ab objectis sortitur, prout
DEUS dicitur præscire res condendas, aut quovis modo futuras, de
DEO prædicari posse non refragabimur. Qualem etiam sine du-
bio intellexit Augustinus, (l) confiteri, inquit, DEUM esse, &
negare præscium futurorum esse, apertissima insania est. Neque
illa limitatio, ob mutabilitatem, aliquam imperfectionem Scien-
tiaæ DEI importare potest; quia illa mutabilitas tantum ab obje-
ctis dependet, quæ, antequam suum eventum sortiuntur, aliquando
ex sua

(l) L. 5. de
Civ. DEI.

ex sua natura sunt mutabilia, ut non præcisè ad hunc; sed etiam alium finem pervenire possint; & tamen propterea omniscientiam divinam nunquam effugiunt. Et hoc respectu, per quandam *συγκατάθεσιν*, quâ DEUS se ad captum nostrum accomodavit, etiam Scriptura sacra (m) præscientiam DEO attribuit. Ex his jam (m) ut Rom. II, 29. facile est colligere: Scientiam DEI, hoc sensu, patere latius quàm præscientiam. Hæc enim non nisi ad futura; illa verò ad præsentia & præterita sese extendit, & si scientiam simplicis intelligentiæ spectes, ad omnia possibile, ut præcisè talia sunt.

§. XXXVII.

Differt quoque præscientia DEI à decreto eventus; nec [qui ineptus foret ordo] decretum DEI ipsius præscientiæ, in signo rationis divini, est anteponendum. DEUS quidem, quæ decrevit actu futura, præcognoscit; non tamen ea, nec futurabilia quidem omnia, quæ præscit, decrevit. Quòd autem præsciat illa, non fit ideo, quia decrevit fieri; sed quia infinitam habet scientiam, quæ ad omnia scibilia sese extendit. Quædam equidem futura, quæ decrevit DEUS, præscit; sed tamen exinde nullo modo conclusi debet: omnia futura ideo DEUM præscire, quia decreverit. Juxta signum enim rationis divini, seu ordinem executionis ad extra, notitia DEI prior est decreto voluntatis. Vide B. Hülsem. (n) (n) Brev. c. 4. Supplem. th. §. 9. 10. Quare præscientia hæc nullo modo tollit libertatem hominum, nec præscitum necessitat; multò minus, tanquam principium movens, voluntatem aut appetitum humanum ingreditur, quia tantum extrinseca rei denominatio est. Certa quidem ea est, quando est, & falli non potest; verum ab ipsius infallibilitate ad eventus [præter agentis voluntatem] necessitatem falsa est consequentia.

§. XXXIIX.

Præterea ad præscientiæ divini objectum pertinet quoque ESSE diminutum scotistarum, quod, juxta illorum mentem, nihil est aliud, quàm ESSE intelligibile seu præcognitum, quod creaturæ, ante sui productionem, habuerunt ab æterno in intellectu divino. Considerandum autem illud est, non ut creabile, conservabile vel gubernabile; nedum ut creandum, conservandum & gubernandum; sic enim simul caderet sub objectum providentiæ divini; sed tantum ut possibile: ita tamen, ut non sit aliquid reale intrinsecum,

- (o) P. 2. Controv. a. 2. n. 3. secum. Joh. de Rada (o) dicit: *ESSE* hoc cognitum, quod intellectus divinus rebus ipsis tribuit, esse primum earum *ESSE*, ante quod nullum sit prius. Convenit quoque hoc *ESSE diminutum* Scoti cum Ideis Platonis, quatenus in mente summi Architecti, non verò extra mentem ejus divinam positæ intelliguntur: quâ ratione nec Aristotelem ideas negasse Fonseca (p) probat. Quomodo verò hanc doctrinam Scoti, etiam contra Doctoris sui Angelici mentem, pervertant Thomistæ, Scotumq; , more suo, miserè propterea vellicent; ac si *ESSE* aliquod reale, & distinctum ab Essentia DEI statuerit, vide ostensum fusiùs & refutatum à Dn. D. Scherzero. (q)
- (p) ad l. 7. Metaph. c. 14. ratione nec Aristotelem ideas negasse Fonseca (p) probat. Quomodo verò hanc doctrinam Scoti, etiam contra Doctoris sui Angelici mentem, pervertant Thomistæ, Scotumq; , more suo, miserè propterea vellicent; ac si *ESSE* aliquod reale, & distinctum ab Essentia DEI statuerit, vide ostensum fusiùs & refutatum à Dn. D. Scherzero. (q)
- (q) Dissert. de Potent. Log. & Object. th. 37. Essentia DEI statuerit, vide ostensum fusiùs & refutatum à Dn. D. Scherzero. (q)
- §. XXXIX.
- Habet etiam DEUS scientiam *Non-entium*, quæ, etiam ab intellectu creato, non quidem videri; benè tamen intelligi possunt. Vocat enim DEUS ea, quæ non sunt, tanquam sint. (r) Talia, si non sunt; fuerunt tamen, vel adhuc erunt, DEUS scit scientiâ visionis, quia ejus intuitus fertur in omnes temporis differentias: Si verò nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, scientiâ simplicis intelligentiæ. Vide Thomam. (s) Versatur etiam scientia divina circa *Ens rationis*, non quidem fingendo illud; sed tantùm effectum cognoscendo. Non enim fingit ipse DEUS, aliàs falleret; sed tamen fictum ab aliis scit & intelligit, secus omniscius non esset. Disputant aliàs Scholastici: an DEUS cognoscat *Ens rationis* in se, & independentè à nostris actionibus; an verò dependentè ab illis, h. e. mediantibus nostris actionibus: de quâ controversiâ, difficultate suâ non carente, vide Autores citatos à Dn. D. Scherzero. (t) Hanc scientiam *non-entium* & *entium rationis* qui exterminare conantur, nituntur fundamento ruinoso: DEUM tantùm scire entia realia, supra (u) diruto. Annon enim DEUS (inquit Dn. D. Scherzerus) omnes actus futurarum intellectuum humanarum præcognovit? E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (r) Rom. IV. 17. Vocat enim DEUS ea, quæ non sunt, tanquam sint. (r) Talia, si non sunt; fuerunt tamen, vel adhuc erunt, DEUS scit scientiâ visionis, quia ejus intuitus fertur in omnes temporis differentias: Si verò nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, scientiâ simplicis intelligentiæ. Vide Thomam. (s) Versatur etiam scientia divina circa *Ens rationis*, non quidem fingendo illud; sed tantùm effectum cognoscendo. Non enim fingit ipse DEUS, aliàs falleret; sed tamen fictum ab aliis scit & intelligit, secus omniscius non esset. Disputant aliàs Scholastici: an DEUS cognoscat *Ens rationis* in se, & independentè à nostris actionibus; an verò dependentè ab illis, h. e. mediantibus nostris actionibus: de quâ controversiâ, difficultate suâ non carente, vide Autores citatos à Dn. D. Scherzero. (t) Hanc scientiam *non-entium* & *entium rationis* qui exterminare conantur, nituntur fundamento ruinoso: DEUM tantùm scire entia realia, supra (u) diruto. Annon enim DEUS (inquit Dn. D. Scherzerus) omnes actus futurarum intellectuum humanarum præcognovit? E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (s) l. c. a. 9. Versatur etiam scientia divina circa *Ens rationis*, non quidem fingendo illud; sed tantùm effectum cognoscendo. Non enim fingit ipse DEUS, aliàs falleret; sed tamen fictum ab aliis scit & intelligit, secus omniscius non esset. Disputant aliàs Scholastici: an DEUS cognoscat *Ens rationis* in se, & independentè à nostris actionibus; an verò dependentè ab illis, h. e. mediantibus nostris actionibus: de quâ controversiâ, difficultate suâ non carente, vide Autores citatos à Dn. D. Scherzero. (t) Hanc scientiam *non-entium* & *entium rationis* qui exterminare conantur, nituntur fundamento ruinoso: DEUM tantùm scire entia realia, supra (u) diruto. Annon enim DEUS (inquit Dn. D. Scherzerus) omnes actus futurarum intellectuum humanarum præcognovit? E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (t) Disp. de Possib. & Ente Potēt. Hanc scientiam *non-entium* & *entium rationis* qui exterminare conantur, nituntur fundamento ruinoso: DEUM tantùm scire entia realia, supra (u) diruto. Annon enim DEUS (inquit Dn. D. Scherzerus) omnes actus futurarum intellectuum humanarum præcognovit? E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (u) §. 30. realia, supra (u) diruto. Annon enim DEUS (inquit Dn. D. Scherzerus) omnes actus futurarum intellectuum humanarum præcognovit? E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (x) l. c. th. 24. E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (y) D. 14. Sect. 2. n. 13 & D. 30. S. I 5. n. 22. E. etiam illarum objecta cognovit, sub quibus cum entia rationis non pauca contineantur, mirum esset, si illa entia rationis, prævisâ in nostris intellectibus, præterisset comprehensio imprehensibilis intellectus infiniti &c. Vide id ibi demonstratum pluribus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.
- (z) l. c. a. 9. bus, (x) & confer Suarezium, (y) Thomam (z) & alios.

SECTIO

SECTIO V.

QUOTUPLEX SIT SCIENTIA DEI.

§. XL.

Quamquam in se unam eandemq; simplicem statuamus divinam Scientiam; pro diversitate tamen relativâ, ad diversa objecta, à Scholasticis, ex fundamento statûs possibilitatis & futuritionis, distinguitur *Scientia DEI* in *scientiam simplicis intelligentiæ*, *scientiam visionis*, & *scientiam mediam*. (a) Ubi in genere notandum minus accuratè *scientiam divinam* ita distingui; quia *media* etiam referri potest ad *theoricam* seu *naturalem*, quam *simplicis intelligentiæ* vocant; ut cum qua, in objectis hypotheticè futuris, convenit. (b) Quare huic distinctioni, melioris cognitionis ergo, duplex objectum *Scientiæ divinæ* præmittimus: unum *possibile*, ut sic, *abstractâ factibilitate*, [sic, v. g. DEUS cognoscere potest alterum mundum, nunquam tamen creandum] alterum etiam *possibile*; sed sub *ratione factibilitatis*, [uti DEUS, ante creationem, vidit hunc mundum, certò in tempore suo existentem.]

§. XLI.

Non tantùm autem hæc distinctio *Scientiæ DEI*; sed & definitiones cujuslibet membri distincti Scholasticorum fere voluntariæ sunt. *Scientia* enim *simplicis intelligentiæ*, quæ & *theorica* vocatur, Scholasticis dicitur ea, quâ DEUS simpliciter intelligit *futuribilia omnia, possible & impossible, ut præcisè talia, sive in solo possibilitatis statu, seu eveniant aliquando, seu non.* Vide Suarez. (c) Ubi B. Hulse. [ut hæc à tanto Theologo, pace Dn. Theologorum, nunc mutuemur] notat (d) eam propriè non ita esse dicendam, ut *abstractam & contradistinctam à notitia visionis, seu prævisæ & à DEO sic volitæ possibilitatis, aut impossibilitatis; futuritionis vel non futuritionis.* Quia talis simplex intelligentia, seu facultas intelligendi rem à posteriori, seu ex qualitate resultantem ex objecto, vel jam existente, vel sic existibili, indigna est DEO, qui rebus omnibus motum, atque omne id dat, quod in noticiam venire potest.

§. XLII.

(a) Vide Thomam P. I. Q. 14. a. 2.
(b) Confer B. Dannh. Hodom. Calvin. p. 762.

(c) Opusc. de Scient. DEI l. 2. c. 3. 7.
(d) Brev. c. 4. Supplem. th. 7.

§. XLII.

Scientia visionis, quæ & intuitiva, item practica & voluntaria vocatur, describitur: quod eâ DEUS, ab æterno, non tantum præterita, præsentia & futura; sed etiam possibile, actu tamen secundo & certo futura, præcis omnibus conditionibus, seu habeant quasdam, seu nullas, consideret. Ubi iterum notamus (1) huic scientiæ denominationem tribuere ideam à DEO prævisam, per quam futuritio, in signo rationis divinæ, representatur. (2) Ex stylo Scripturæ, subjici huic scientiæ non solum actu secundo futura; verum eandem versari quoque circa non-futura; licet possibile seu futuribilia ea fuerint. Vide Hulsem. (e) (3) Illam & liberam esse & necessariam; sed diverso respectu. Libera est respectu creaturarum, quoad creationem & applicationem omniscientiæ, ad illarum regimen. Non enim DEUS ex necessitate sui creavit & regit mundum; sed ex voluntatis libertate. Necessaria est quoad ipsum DEUM; nam & ille, etiam absque ullius creaturæ existentia, semper omniscius fuit. (4) Ex phrasi Scripturæ scientiam visionis, in creaturis, aliquando infirmiore esse scientiam intelligentiæ, uti clarè patet ex illo: (f) Videbitis & non intelligetis.

(e) l. c. th.
7. & confer
Joh. XII. 39

(f) Matth.
XIII. 14.
seq. vid.
Act. XIX. 30
XVII. 20.

§. XLIII.

Restat adhuc *scientia*, quæ dicitur *Media*. De hac si verba R. Isaaci Abarbinelis (g) מִי וְשֵׁלַח יָדוֹ בֵּין גְּבוּרֵי עוֹלָם לַחֲכָרֵי שְׁחֻלְקוֹ בָּרוּ: *Quis mittet manum inter Excellentes orbis, ad solvendum id, in quo dissentiunt; saltem secundum corticem, usurpemus, nemo nobis vitio verteret. Tam variæ enim, eaq; dissentientes à se, circa hanc doctrinam, Doctorum sunt sententiæ, quæ & nobilissimis sæpe ingeniis crucem fixerunt. Quare Ruizius (h) de ea inquit: Recentiores, propter rei difficultatem, tantâ sententiarum varietate dissentiunt, ut vix unus alteri consentiat. Nam Jesuitæ, Fonseca imprimis & Molina, eandem sibi, tanquam suum sætum assignarunt, quique primus eorum in lucem exposuerit, contenderunt. Arminiani deinde utrisque ulnis susceperunt; rejecerunt verò profus Dominicani & Prædeterminantes,*

(g) in פ'פ'
ad Ezech.
XXXVII. 1

(h) de Sci-
ent. DEI.
Disp. 61.
S. 2, n. 1.

nantes, quos propterea Ludovicus à Dola, Franciscanus (i) asser- (i) P. I. c. 1. f. 2.
toribus scientiæ mediæ contradistinguit. Eam quoque ut è me-
dio tollerent Gril. & Wyssus contra Penottum, sam. Rhetorfortis,
Voëtius, Maccovius, cum aliis Doctoribus Reformatorum Absolu-
tis, omnem lapidem moverunt. Contra quos pugnârunt Hypo-
thetici & Conditionati, [Giesb. Voëtio ita dicti; quod tamen no-
men, tanquam immitius, immodestius & subtilius, quàm par erat,
excogitatum, deprecatur Spanhemius Junior] Franc. Gomarus,
Anton. Valeus, Ludov. Crocius, alii. Inter quos dissentientes
nos regiâ veritatis viâ incedemus; scientiam DEI mediâ admit-
temus, nulli tamen Orthodoxiæ adversantium parti adstipulantes.
Diverso enim respectu dari in DEO scientiam mediâ, & non dari
dicimus; quæ differentia ex evolutione homonymiæ vocis scien-
tiæ mediæ patebit. Notat enim quibusdam scientiam DEI mediâ
(a) intermediâ inter scientiam visionis & simplicis intelligentiæ,
quæ supponit conditionem nunquam implendam, nec unquam à
DEO decretam, consequenter Non-Ens. Et talem scientiam DEI
mediâ asserunt Molinistæ, & Jesuitæ fere omnes. Nos verò ne-
gamus. Nam licet daretur scientia quædam DEI conditionata,
tùm objectiva, [quæ conceditur] tum subjectiva; [quæ negatur];
quia conditio illa non DEO, sed objectis inhæret] non tamen se-
queretur: illam scientiam esse mediâ aliquod participationis,
inter scientiam simplicis intelligentiæ & visionis; quia commodè
posset, imò deberet referri ad theoreticam seu naturalem, quæ est
simplicis intelligentiæ. Nam:

Omne possibile est objectum scientiæ theoreticæ;

Atqui omne hypotheticè futurum est possibile;

E. Omne hypotheticè futurum est objectum scientiæ theoreticæ.

Determinatio autem absoluti & hypothetici non variat objecti
possibilis naturam. Vide B. Hulsemannum. (k) Nec sequitur:

Ratione possibilis pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ, ra- (k) Brev.
tione futuri [quod tamen, non impletâ conditione, nunquam est
futurum] ad scientiam visionis; Nam positò, quòd eventus actu
non sequatur, non pertineret ad scientiam visionis; sed eventus
ille, à conditione non impletâ dependens, nunquam futurus, per-

manet

manet intra sphaeram possibilium, quæ sunt objectum scientiæ theoreticæ. Nota: Doctrinæ extricatoris ergo *scientia simplicis intelligentiæ* commodè subdividi potest in *absolutam* & *hypotheticam*; ita ut *absoluta* pro objecto habeat *futuribile sine hypothesis*; *hypothetica* verò *cum hypothesis* conceptum. Confer Dn. D. Scherzerum. (l) Si verò *scientia DEI media* notet (β) *mediatam* seu *conditionatam*, [sive rectius; si sit *mediatorum* seu *conditionatorum*] in respectu scilicet *conditionum*, eam faciliè admittimus. Et talem perspicuè descripsit Becanus (m) dicens: quòd sit *scientia, quæ ab æterno, non absolute, sed sub conditione cognoverit DEUS, quid homines & Angeli facturi essent pro sua libertate, si cum his vel illis circumstantiis, in tali vel tali rerum ordine*, [sub his vel istis auxiliis] collocarentur. Hæc ipsa verò antecedit, in signo rationis divinæ, actum liberum divinæ voluntatis, eaq; [juxta mentem Dn. D. Scherzeri (n)] *DEUS* scit omnia, quæ, quot & qualia futura fuissent, si hæc vel illæ conditiones positæ fuissent. Confer B. Augustinum. (o) Et eo quoque modo *scientiam DEI mediam* B. Hulsemannus (p) admisit; quæ tamen insuper probari adhuc potest hac ratione: In futuris conditionatis, ante voluntatis divinæ actum, datur determinata veritas; E. datur *scientia DEI mediata*. Antecedens probatur: quia de futuris conditionatis, quocunque momento, etiam ante voluntatis divinæ actum, formari possunt propositiones contradictoriæ, quarum alterutra necessariò vera est. E. quocunque momento in iis datur determinata veritas. Alias rationes vide apud Dn. D. Calov. (q) Nota verò adhuc: Signa futuritionis, pendentia ex *hac scientia DEI media* & *decreto* ejus *permissorio*, non esse confundenda cum signis futuritionis pendentibus ex *scientia DEI absoluta* & *decreto peremptorio*; & ex multis difficultatibus te extricare poteris. *Decreta enim non habent locum in scientia simplicis intelligentiæ, ad quam pertinere demonstravimus scientiam conditionatam*, inquit Dn. D. Scherzerus. (r)

(l) Exerc.
§. 76. 78.

(m) T. 1.
Theol.
Schol. c. 10.
Q. 1. §. 2.

(n) l. c. §. 79

(o) in L. de
Bon. Per-
sev. c. 9. 10.
& L. de Cor-
rupt. &
Grat. c. 8.
(p) Brev.
c. 15. Sup-
plem. th. 10

(q) System.
T. 2. c. 10.
Q. 5. p. 516.
seqq.

(r) l. c. §. 82.

SECTIO

SECTIO VI.

QUALIS SIT SCIENTIA DEI.

§. XLIV.

MULTA hinc equidem Scientiæ divinæ affectiones tractari possint; quarum tamen, ne prolixiores simus, tantum potissimas considerabimus. Mentionem fecimus in definitione *simplicitatis* divinæ Scientiæ, quare & eandem nunc quoque *simplicem* statuimus. DEUS enim Ens est simplicissimum, & intrinsecè omnis compositionis expers; quapropter & omnia, per simplicem essentiam, *simpliciter* intelligit. Scientia humana aliàs simplex perfectio dicitur, quia, in conceptu proprio & formali, planè nullam involvere imperfectionem debet; verùm divinam Scientiam, non nisi per viam eminentiæ dici posse perfectionem supra diximus. Non enim scire DEUS plura potest, quàm actu scit. Permanet ergo Scientia DEI *simplex*.

§. XLV.

Infinitam quoque esse *Scientiam DEI* clarum est; quia essentia DEI infinita est, & infinita cognoscit; quod supra, de *objecto*, probavimus. Nota tamen, (α) quòd *∞ infinitum* h. l. non sumamus *Philosophicè*, [quâ ratione à Philosopho finitum & infinitum solius quantitatis affectiones dicuntur, sicuti par & impar solius numeri; vide Dreierum (s)] sed pro eo tantum, quod nullis terminis terminatur. (β) Quòd *infinitas*, quatenus formaliter negationem involvit, non sit attributum DEI *Metaphysicum*; sed tantum *Logicum*. Metaphysicum enim attributum identificari debet cum essentia divina; sed non *infinitas*, ut negationem dicit, quæ cum essentia divina nunquam identificari potest. Præterea attributum *Metaphysicum* dicit, quid res sit; *Infinitas* verò *formaliter* dicit quid DEUS non sit. Vide B. Hulfem. (r)

§. XLVI.

Certissima etiam est divina Scientia, quia omnis erroris est expers. Omnia enim ipsi, sine ulla formidine oppositi, certò & evidenter apparent; quod & per se patet & pluribus demonstra-

(s) Phil.
Prim. D.17
§. 22. p.313

(r) Im Cas
lirtin. Ges
wissens
XVIII.

(u) Hodof. vit B. Dannhauerus. (u) *Cæterum tam speculativa est quam practica. speculativa*, quatenus in solâ objectorum contemplatione, & veritatis cognitione occupata est. *Practica*, quatenus cognitionem ad opus vel actionem refert. Utraque enim homini perfectionem largitur, quæ eminentiori modo quærenda est in DEO; vide Thomam. (x)

(x) l.c., 2, 16

§. XLVII.

(y) Esa.
XLVI, 9, 10

Ex quibus jam ultrò sequitur: non *variabilem*, nec *mutabilem* esse divinam *scientiam*; quia divina essentia non variatur, neque mutatur, DEUS enim, consilio suo stabili, omnia, quæ fieri potuissent, & reliqua, quæ unquam contingunt, antequam fiant, ab initio ad finem novit. (y) E. habet *scientiam immutabilem*. Illa tamen immutabilitas Scientiæ DEI non infert immutabilitatem objecti. Ut enim res mutabilis divinum sciendi actum nec afficit, nec mutabilem facit; sic actus sciendi immutabilis non tollit rerum, in se mutabilium, contingentiam & mutabilitatem. Quare non *obstat*: fieri mutationem in creaturis, ad quas dicit relationem divina scientia; quia à *mutabilitate creaturarum, ad mutabilitatem Creatoris N. V. C.* Et, si mutaretur divina Scientia, in deterius mutaretur; quod absurdum. Optimum enim jam scit, quo melius non datur. Confer Thomam (z)

(z) l.c., 2, 15

§. XLIX.

Neque *successiva* est divina Scientia; sed instantanea & instantaneè continuata. DEUS enim non plures sciendi actus facit, nec à parte ad partem transeundo cognoscit; [quanquam nos, respectu diversorum scibilium, ita sæpe concipiamus] sed uno, eoque indivisibili actu, absque successione suæ cognitionis, omnia, quæ sunt & manent successiva & mobilia, intelligit. Ex quo sequitur: in DEO non esse conceptum priorem & posteriorem; neque DEI scientiam componere & dividere. Componere tamen posset, sine speciebus intelligibilibus, quia per eas non cognoscit. Quare illa ratio: DEUM ideo non componere, quia compositio fiat inter duas species intelligibiles, quæ de se invicem affirmantur, videtur, ex data ratione, nulla.

DICIS: DEUS tamen cognoscit mutabilia & successiva. E. intellectus ipse mutabilis fit & successivus: quia, juxta Philosophum, intellectus idem fit cum re intellecta:

Resp.

37.
Resp. (a) DEUS cognoscit etiam *materialia*; Ergone propterea intellectus ejus fiet *materialis*? Nugas has vel lumen naturæ refutat. Sicut enim primus motor; ita & ipsius intellectus est. (β) Scit DEUS *successiva*; sed non *successivè: mutabilia*; sed non *mutabiliter*. (γ) Ille tantum intellectus cum re intellecta fit idem, qui per species intelligit, quod etiam fit, quando *non-successiva* intelligit, quia ipse, per species intelligibiles successivas, successivus est. Et hoc tantum fit secundum esse cognitum & intellectuale, h. e. *assimulativum & representativum*; minimè verò secundum *identitatem realem*. Divinum autem intellectum intelligere per essentiam dictum est.

INSTAS: Res tamen debet cognosci ut in se est: E. quæ mutabiliter se habent, debent mutabiliter cognosci, conseq. ad objectum mutabile requireretur scientia mutabilis.

Resp. à mutabilitate objectiva ad subjectivam N. V. C. Concedimus objectum mutabile debere cognosci, ut mutabile; quòd autem modus cognoscendi, vel ipsum subjectum cognoscens, propterea fiat mutabile, exinde extorqueri nullo modo poterit. Certè intellectus noster materialia cognoscit; nec tamen propterea materialis fieri existimatur: Operationes quadam animæ nostræ sunt materiales, nec tamen idcirco animam materialem dicunt. Sicuti ergo hinc materialitas in solo objecto esse dicitur; non in subjecto sciente vel operante; ita etiam illic mutabilitas est & manet tantum in objectis; non verò transit in divinam essentiam illa cognoscentem.

§. XLIX.

Tandem, DEI scientia nec *universalis* nec *particularis* dici potest. Non *universalis*, quia non cognoscit per abstractionem; non *particularis*, quia non cognoscit per comparisonem particularium objectorum, per partiales habitus, aut diversas species, uti nos; sed per suam essentiam. Quod pluribus demonstravit Dn. D. Scherzerus. (a) Confer Thomam. (b)

(a) l. c. §. 86.
(b) P. I. Q.
14, a. 10

§. L.

Concludimus ergo Divinam Scientiam, uno & indivisibili actu, sine compositione & divisione; sine variabilitate aut mutabilitate; sine tempore aut successione; sine specie & abstractione,
scire

scire se Ipsam & scibilia omnino omnia ! Quæ cum , pro ratione
instituti , demonstrata hæcenus sint , vela hîc contrahimus : DEO
soli omnia Scienti, pro donata nobis scientia exigua , gratias devo-
tas persolvimus ; utq; illam humanam, suâ divinâ, clementer
sublevare & quotidie augere velit , in auribus Di-
vinæ Clementiæ, precibus nostris,
ardenter insona-
mus !

ברוך נתן ליעף כח ולאין

מוטם עצמו

ורכו :



גוסבור

בנספנת

- I. **O**bservatio Origenis: Apostolum Paulum per *νόμον* sine articulo intelligere legem naturalem, cum articulo Mo-
saicam, non patitur inductionem. (a)
- II. Quomodo ex *ל* הנבלות (b) collato cum נבלה (c) Philo Biblicus colligere poterit: *Dinam, Jacobi Patriarchae filiam, fuisse uxorem Jobi*, non invenire possumus.
- III. Nec Ebraismos illos & subtilitates Criticas intelligimus, quas proposuit Bellarminus, (d) [qui tamen Ebraeam Grammaticam conscripsit] dum natales nominum אורון deducit à אור docuit & תומים ab אמן credidit; dicentesq; אורון non significare doctrinam; sed splendorem à ר. אור & תומים non significare veritatem; sed perfectionem à ר. אומת *Judeos & Judaizantes* appellat: nisi quòd in eam nos sententiam adducant: prætentam Pontificis Romani infallibilitatem Cardinalem hunc, cætera non ineruditum, ita insaruasse, ut parum ipsi fuerit, in gratiam Vejovis sui Romani, conscientiam Grammaticam ejurare.
- IV. Idem Cardinalis mirabilis Chymicus fuit, quando (e) destillavit aquam baptismalem, ut educeret aquam lacrymarum, quam post convertit in ignem purgatorium.
- V. Nulla denominatio extrinseca, quæ talis, est de natura Subjecti denominati intrinsecâ.
- VI. Unus actus potest facere habitum.
- VII. Conclusiones puræ revelationis ex *principiis rationis formalibus*; minimè verò ex *materialibus* possunt probari.
- VIII. *Motus siderum est naturalis*; non *arbitrarius*: imperatus à Creatore; non *elicitus* è *voluntate creature*. Quare ab illo motu, ad animam stellarum intellectualem, vana est Judæorum consequentia.
- IX. *unum*, de Ente agente principaliter prædicatum, involvit *unitatem vel suppositalem vel personalem*.
- X. Quicquid est extra potentiam est actus; licet non semper sit extra Subjectum.

(a) Vid. Rom. III. 28.
 (b) Job. II. 10.
 (c) Genes. XXXIV. 7.
 (d) L. 4. de Rom. Pont. c. 3.

(e) L. I. de Purgator. ex I. Cor. XV. 29.



XI. DEUS non est *conservabilis*, nec *gubernabilis*.

XII. DEUS non potest subire vices formæ vegetativæ & sensitivæ.

XIII. Omnis influxus DEI determinatus quidem est *subjectivè*; sed non *objectivè*.

XIV. Falsò colligitur: *sicuti omnes veritates sunt expressiones intellectus divini; ita omnes moralitates voluntatis divinae*. Ex hac hypothese enim sequitur: omnem malitiam moralem consequenter tantum habere ad voluntatem divinam, non antecedenter: sive, omnes actus malos idè malos esse, quia DEUS, pro arbitrariæ voluntatis suæ prohibitione, malos effecerit. Quæ tamē sententia, *Indifferentismum Moralem* involvens, citra blasphemiam, de Sanctissimo Numine [שׁוֹת' וִיח'] prædicari non potest.

XV. *Probabilismus moralis*, qui Theologiæ Jesuiticæ Moralis fundamentum est, non tantum omnem rationem elidit; sed & omne conscientiæ dictamen prorsus extinguit.

XVI. Operæ igitur pretium foret, ut Ethici religiosi horrenda illa doctrinarum monstra, de *Indifferentismo & Probabilismo morali*, enucleatius excuterent.

XVII. *Distinctio Politica*: inter *Majestatem realem & personalem*, [potius *personatam*] quatenus *Monarchomachiam* involvit, è Scholis Christianorum prorsus est eliminanda.

In his & aliis, quæ adhuc desiderantur, *Antitheses*, DEO dante, dabimus in conflictu.

חושלבע



94 A 7368

ULB Halle
002 928 582

3



10 17






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue



"
PNEUMATICO-
LOGICA
DE
TIA DEI,
A M,
tiarum Autore
ente,
&
phorum Ordine,
anorum Academia
agante,
Æ S E S
ES Ristenmacher,
e Gryphiswald. Con-Rector,
&
ES RHESE,
lof. & S.S. Theol. Studiosus.
ONDENS,
litorum argumentis
è Submittent
R. c19 19c LX
L. Q. C.
HISWALDIÆ
ISCHER, Acad. Reg. Typographus

